

# RECTOR ACADEMIÆ GIESSENÆ LVDOVICVS VII. HASSIÆ LANDGRAVIUS PRINCEPS HERSFELDIÆ, COMES IN CATTIMELIBO- CO, DECIA, ZIEGENHAINA, NIDDA, SCHAUENBURGO, YSENB. & BUDINGA. &c. OMNIBUS OMNIUM FACULTATUM STUDIOSIS

Clem. & Favorem.



*Aborandum est in Academia versantibus Christiana, et discipulis et docentibus, ita tamen, ut ab hisce illi faciendorum, aut diligentia sumant exemplar. Cum enim ENS illud per essentiam suam purè actuale, Potentissimum Numen, Deus omnium rerum Arbitrator et moderator sapientissimus, actuosissimum intelligatur semper et ubique, adeoque non possit non detestari in Creaturis, illis præsertim, quas ad labores condidit, otium et desidiam, eos hac ratione divinitatis participes, imitatoresque supremi Numinis eximios sentimus omnes, qui quod à benignitate Domini acceperunt talentum, fidei cura anxietateque mente servant, industria manus versant, laborumque pertinaci constantiâ, in hanc illamque partem, pro tenendis augendisque commodis exercent. Ita officii nostri, literatura et eruditionis agros profcindendos et complanandos, strenue et cum comminatione requirentis, ipsius Divina Majestatis contemplatione monemur continuò, monemur et aliarum creaturarum meditatione, imò abjectissimorum quandoque animalculorum telis, quorum illi, præviâ scripturâ, cum ignominia evadunt discipuli, quibus sordent laborum vœcula et jussiones. Intuere piger brutales Magistros! Non erubescit, inquit os aureum, Chrysothomus, scriptura animal rationis honore donatum, brutorum discipulum facere, cum enim homo ex scripturis, statutis et legibus, virtutem discere renuat, nec superioribus, Doctoribusve aurem accommodet, eum ad bruta alegant. Quæ Doctorum ordo discipulis sit futura hyeme propositurus, hac pro veteri veteriorum negotia sua in asserculis publicè affixis exhibentium consuetudine, impræsentiarum significatur tabella. Benedicat Deus propositis, totique adsit huic literarum emporio Pater clementissimus, ut laborum proventus auctiores majoresque evadant verbis. Cal. Septembris Giesæ, Sig. Maj. Academia. Anno M. DC. LXVII.*

## IN FACULTATE THEOLOGICA.

**Petrus Habertorius, Theol. D. & Professor P.** Explicationem controversiarum Theologicarum, maximè qua passionem & mortem Christi, & insectum statum Exaltationis hæc hymne, in Lectionibus publicis continabit. In collegiis autem privatis instituet Explicationem controversiarum aut contra Jesuitas & Papistas, aut contra Calvinianos, aut contra alios, aut Collegium Patrologicum, pro Auditorum lubitu.

**Johannes Nicolaus Mislerus S. Theol. D. Ejus & Hebr. Ling. Professor,** Articulus fidei, volente Deo, publicè explicabit, Collegium privatum contra Calvinianos instituet, additurus Hebraicum Grammatico-Analyticum ex libro Prophetico.

**Michael Sricius, Ss. Th. D. & Prof. Ordin.** Publicè explicabit per varias quaestiones Theologicas subiectum fidei justificantis Quod & Quo, nec non celebriores fidei distinctiones. Privatim in collegiis suis perget, nec denegabit in aliis publicis & privatis exercitiis discere volentibus suam operam.

## IN FACULTATE JURIDICA.

**Johannes Otto Tabor, D. Consil. Hass-Darmstad. & Academiae Cancellarius & Professor primarius,** Hactenus materiam judiciorum quotidianis Recitationibus declaravit; jus Feuditicum simul disputando repetiit, materiâ criminalem etiam exhibere cepit: & perget dum vires tulerint.

**Gregorius Tulsnerus, U. J. D. Consiliarius Hass-Darmstadtus, & Professor Ordinarius,** Deo elementer opitulante & sanitatem benignè conservante, Legum Codicis Justiniani notabilium explicationem, per instans semestraliter continuabit.

**Jacobus Lebleu, J. D. & P. P.** in hibernis prælectionibus publ. Juridicis, præcipuos pondetarum Titulos, illustrioresque eò pertinentes controversias, Deo elementer annuente, exponet, atque ab initio ad finem iusto tempore deducet, notabilioresque, quæ in summo Imperii tribunali moveri solent quaestiones, exponet.

**Martinus Müller, J. U. D. Juris Canonici Professor,** publicè aut privatim, in constitutio corporis feret, ius Canonicum secundum ordinem judiciorum tractabit, in hinc tractabit quæ in Theologia Naturali vel Scholastico-

omnibus aliis prout Dnn. Studiosis commodum visum fuerit, operam suam offerendo.

**Huldericus Evarnius, Jur. D. & P. Ordin. B. C.** Disputationibus, postquàm prioribus privatis meditationibus D. publicas prælect. in Tit. ff. de R. I. continuabit. Privatim verò quæcumque è re Dnn. Studiosorum visa fuerint exercitia juridica instituet.

## IN FACULTATE MEDICA.

**Johannes Tackus, Philos. & Medicinae D. hujusque Professor Primarius & Archiater Hass-Darmstadtus,** quousque in aula commorabitur, scripsit in publicum emittendis, consiliisque Medicis tam Hippocratico, quam Hermetico è fonte deprecandis, suam Philiatricam præstabit operam. Ubi v. otium alicui ipsi ad Academiam aperuerit viam, non cessabit publicè privatimque pro Medicinæ Studiosorum spe & expectatione suam indefessam præstare operam.

**Laurentius Straussius, Med. D. & Profess. Ord.** in explicandis Capitis affectibus, methodo hactenus observata publicè perget: privatim verò, Deo favente, Collegia Examinatorio-Explicatoria ac Disputatoria, ubi Dnn. Studiosis ita commodum visum fuerit, pollicetur.

**Michael Heylands, Phil. & Med. D. & Prof. Ordinarius,** Tumores juxta debitam methodum publicè tradet, ab eorum generali doctrina ad specialiora procedendo. Privatim quoque informationem, quotquot eam expectent, pro virili habebunt.

**Heronymus Rötel, D. & Profess. Extraord. D. d.** in medicament. officinal. explicatione perget publicè. Privatim, quo per præteritum hyemale tempus fecit silo & ordine, collegium instituit. Med. explicatorum, examinatorum & disputatorum, veterum & neotericorum placitis accommodatum, continuabit.

## IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

**Jacobus Lebleu, U. I. D. & Prudentia Civilis Professor, Ord.** in prælectionibus publicis Politicis exponet jus dominationis, negotia Religionis, officia Magistratum, tam superiorum, quam inferiorum, item quæ ad opes Reip. iuraque foederum, pacis, belli, induciarumque; pertinent. Collegiaciam privata instituet.

**Kilianus Rudrauffius, Ph. M. Prim. & Organica Philosophia Prof. ordinarius, p. i. Pro-Rector Acad. pur.** in hinc tractabit quæ in Theologia Naturali vel Scholastico-

rum vel Philosophorum aut etiam Theologorum ordo promittit utilia & vera. Theologiam Philosophicam publicis Disputationibus, postquàm prioribus privatis meditationibus fuerit commissus & relictus, alacriter, pro divina favente & benedicente gratia, continuabit, primamque ejus partem absolvet. In privatis ea præstabit, quæ ab Auditoribus desiderantur.

**M. Johannes Meiss, Mor. Prof. Ord.** postquam præterito semeltri publicè in Exercitationibus suis Ethicis abolverit materiam de Liberalitate, Magnificèntia, Magnanimitate, Modestâ, Mansuetudine, Humanitate, Urbanitate & Veracitate; explicabit naturam Justitiæ & Juris, ita, ut simul (declaratis virtutibus perfectis) Heroicarum, Imperfectarum & Intellectualium Virtutum interpretatio adhibeatur. Privatim verò, præter consueta Collegia disputatoria & lectoria, Vernulæ Institutiones Morales, si Deo ita fuerit visum, & Dnn. Studiosis gratum, disputando percurret.

**Laurentius Straussius, Med. D. & Physic. profess. Ord.** Insigniores atque utiliores Quaestiones, quæ in generalis Physicæ parte occurrunt, publicè ventilando explicabit: privatim vero operam, quam diligentem pollicetur, Naturæ Cultorum voto atque expectationi, & non deservit, accommodabit.

**Philippus Ludovicus Hannekenius, Orator. Profess. Ord.** Lectionibus proximis semestribus publicis Judiciale in Rhetoricis Genus variis fori Romani exemplis illustratum explicavit; privatim selectiores Ciceronis ad Fam. epistolæ ad imitationem proposuit, & habendarum improvidè orationum methodum tradidit. Instante nundinarum intervallo hyemali, id quod prosperum vellet esse miseratio divina, retentis illis intra privatos parietes laboribus præterea formulas epistoliarum novas, quæ multum in conseribendis literis usum præstare poterunt, exhibebit; publicè, quæ in orator: institutionibus sequitur, de arte Ethicis & moribus doctrinam à Rhetore Stagira magno animo orque traditam in Auditorii commodum vertet. Juvet propositum DEUS.

**M. Henricus Phasianus, Histor. Græc. Ling. & Poet. Prof. Ord.** in Græcis puritatem styli N. T. adiciet & in hinc ideam Universi Hist. leret.

GISSÆ HASSORVM, Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELI, Acad. Typogr. Ordin.